






9  
1195

GOTFRIDI MASCOVII  
**O R A T I O**  
DE Hard 1731.  
**VSV ET PRAESTANTIA**  
HISTORIAE AVGVSTAE  
IN  
IVRE CIVILI  
PRAEFATVS EST  
ET  
ANIMADVERSIONES NONNVLLAS  
ADIECIT  
I. L. E. PÜTTMANNVS.



---

LIPSIAE  
APVD SIEGER. LEBR. CRVSIUM  
1774.





## LECTORI ERVDITO

I. L. E. PÜTTMANNVS

S.

**C**Si, qua in re maxima vires suas pericitata sunt elaboraruntque ingenia, in quam omnes curas cogitationesque suas contulerunt viri litteratissimi, summique in arte critica heroes, merito suo maximi illa momenti censenda existimandaque est, equis dubitabit, idem de augustae historiae scriptoribus, SPARTIANO puta, qui que edi cum eo solent comitibus, affirmare, si animo secum reputauerit, quot quantique arenatis litteris viri, quasi

( 2 ) classico

III P R A E F A T I O

classico aliquo excitati, in iis emaculandis per-  
poliendisque omnes ingenii nervos intenderint,  
nullisque laboribus pepercerint, quo tandem  
pars illa historiae a librariorum lapsibus atque  
erroribus perpurgaretur, siuumque in locum,  
vnde vitio hominum male feriotorum depulsa  
fuerat, restitueretur. Quid? memorem cā-  
S A V B O N O S, G R V T E R O S, S A L M A S I O S, B O X-  
H O R N I O S, O B R E C H T O S, aliosque, quibus  
tota adsurgit Musarum cohors, viros doctissi-  
mos, maxima quippe cum laude in hac palae-  
stra exercitatos, quorumque opera multo, quam  
olim, emendatus hodie scriptores illi leguntur?  
Haud faciam, ne noctuas Athenas. Nemo  
enim, nisi plane in litteris hospes, nescit, quot  
sordes inde elutae, quot loci, antea corrupti,  
pristinae nunc sanitati restituti, quot denique  
olim obscuri summorum illorum virorum  
*euσοχεία* feliciter extricati fuerint. Quis non  
vtroque, vt aiunt, pollice probauerit cā S A V-  
B O N I emendationem, qua in his vVLC. G A L-  
L I C A N I (Cap. XIV.) verbis: *Marcus Antoninus*

philo-

philosophatur, et quaerit de clementia, et de animis, et de honesto, et iusto, nec sentit pro republica, tñ clementia loco elementis reponendum censuit, maxime si cum hoc loco contulerit verba CAPITOLINI in Marc. cap. II. Vñs est Magistris ad prima elementa — vt iam taceam alium eiusdem CAPITOLINI locum in Pertinace cap. I. Puer litteris elementariis et calculo imbuius — Quis porro non dñegetur, si obscura illa VORISCI in Saturnin. cap. VIII. verba: *Vnus illis Deus nullus est: hunc Christiani, hunc Iudei, hunc omnes venerantur et gentes, a docto anonymo in Obs. Misc. Vol. IV. p. 248.* ita restituta viderit: *Vnus illis Deus est: hunc Christiani, hunc Iudei, hunc omnes venerantur, argentum, nisi tamen cum VOSSIO in Catull. p. 29. Nummus illis deus est, legere maluerit.* Neque vero putandum est, frustraneam esse, quae hisce scriptoribus peruvolutandis emaculan- disque impenditur, operam. Evidem scio, quale M. ANT. MVRETI, viri sane quam ele- gantissimi, Orat. XVII. vt alios iam præteream,

de hisce scriptoribus iudicium fuerit, *Inter Vopiscos, inquietis, et Spartanos et Lampridios, et eiusmodi vitarum scriptores Suetonius emineat, illa se iactet in aula, hoc caeteris melior, quod aetatis beneficio melius, quam illi, latine loquitur; nonnullisque interiectis: Quid iste Vopiscus, quid hominis est? Quidam Suetoni simius, longe tamen ab eo distans — Magna bius, quisquis est, Vopisci felicitas: nemo umquam tam curiose in ipsis mendacia inquiret.* Sed aut magnopere fallor, aut sefellit hic ~~MV~~ RETVM opinio, efferendique ~~TACITI~~, in quo laudando tunc versabatur, ~~conatus~~. Ut enim largiar, non omnes perfecti historici partes scriptores illos expleuisse, hoc tamen mihi concedi volo, aut raro aut numquam eos migrasse hoc, quod primam merito historiae legem appellat CICERO de Orat. II. ne quid falsi scilicet dicere audeat, deinde, ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua similitatis. Eloquentiae laudem non modo non adsestarunt, sed spreuerunt etiam atque

atque insuper habuerant, quod disertis verbis  
de se ipso testatur *VORISCVS* in *Carin.* Cap.  
*XXI.* *Habe,* inquiens, *mi amice,* meum mu-  
nus, quod ego, ut saepe dixi, non eloquentiae  
causa, sed curiositatis, in lumen edidi: id piae-  
cipue agens, ut, si quis eloquens vellet facta  
Principum referare, materiam non requireret,  
habiturus meos libellos ministros eloquii. Te  
quaeso sis contentus, nosque sic voluisse scribere  
melius, quam potuisse contendas. Quia in re illi  
familes quodammodo mihi videntur sacris noui  
foederis scriptoribus, quos tamen nemo, nisi  
aut furiosus aut stolidus, ideo, quod veritati  
magis quam venustati operam nauarunt, aut  
contemnit, aut ingenio caruisse existimat.  
Fallor autem, aut styli etiam quandam similitu-  
dinem apud sacros illos, hosque historiae augu-  
stae scriptores deprehendere licet. Quis enim,  
ut e multis vnicum saltem exemplum proferam,  
quando verba *SPARTIANI* in *Pescen.* Cap. VI.  
*Vsui denique reipublicae sub Seuero, bomine re-*  
*trico, esse potuisset, si cum eo esse voluisset,*

VIII P R A E F A T I O.

cum illis apud S. LVCAM cap. XI. v. 23. *Qui*  
*M E C V M non est, contra me est,* contenderit, non  
simile aliquod scribendi genus deprehendisse  
fibi videbitur? Quodsi iam cogito, quam  
grandia dicta pariter atque facta, incassum ali-  
bi quaesita, apud SPARTIANVM eiusque so-  
cios occurrant, in eam fere adducor sententiam,  
vt eos non modo legendos, sed relegendos et  
iam, et tamquam optimos virtutis magistros in  
finu ferendos esse censem. AVIDII CASSII  
capite ad MARCVM delato, quid L. B. eum fe-  
cisse existimas? Exsultasse fortasse illum, ani-  
moque elatum fuisse putabis. Nihil minus.  
Doluit potius, ereptam sibi occasionem miseri-  
cordiae, dicens, se viuum illum voluisse ca-  
pere, vt illi exprobraret beneficia sua, eumque  
seruaret. Cum autem non nemo illum ideo,  
quod tam mitis esset in hostem, reprehenderet,  
adderetque: *Quid si ille vicisset?* respondit:  
*Non sic Deos coluimus, nec sic viuimus, vt ille*  
*nos vinceret.* Quod MARCI dictum cum pri-  
mum legerem, cumque eo mores quorundam  
homini-

P R A E F A T I O .      VIIII

hominum, qui Christianorum nomen mentiuntur, contenderem, temperare mihi fere haud potui, quin illud P E R S T I :

*O curuae in terras animae, et coelestium inanes!*  
repeterem. AVRELIANVS, Thyanam veniens,  
eamque occlusam reperiens, cum se canem in  
eo oppido haud relicturum esse iratus dixisset,  
postea autem, capta vrbe, milites spe praedae  
euercionem illius poscerent, *Canem*, inquietabat,  
*negaui in hac vrbe me relieturum, canes omnes*  
*occidite!* PESCENNIVS NIGER, cum quidam  
panegyricum ei recitare vellet, Scribe, dicebat,  
laudes Marii vel Annibalis, vel alicuius ducis  
optimi, vita fundi, et dic, quid ille fecerit, ut  
eum nos imitemur, nam viuentes laudare irrisio  
est, maxime Imperatores, a quibus speratur, qui  
timentur, qui praestare publice possunt, qui pos-  
sunt necare, qui proscribere. Se viuum placere  
velle, mortuum etiam laudari; ALEXANDER  
autem SEVERVS, cum Magni nomen ei a Se-  
natū inderetur, Magni nomen, aiebat, cur ac-  
cipitur! quid enim iam magnum feci? cum

( 5

id

X P R A E F A T I O.

id Alexander post magna gesta, Pompeius vero  
post magnos triumphos acceperit. Quiescite igitur,  
venerandi patres, et vos ipsi magnifici  
vnum me de vobis esse censete potius, quam Ma-  
gni nomen ingerite. Qualia legens quis cum SE-  
NECA haud exclamet: O quam contempta res  
est homo, nisi supra humana se erexerit! Sed  
nec hoc silentio praetereundum est, scriptores  
illos ita plerumque ostendere solere, quorum  
vitas dederunt, Imperatores atque tyrannos, ut  
quod proprium eorum haud fuit, detrahant, nu-  
dosque ipsos inspiciendi nobis copiam faciant,  
quod quam utile sit, sapienter iam monuit SE-  
NECA Ep. 76. Hoc laboramus errore, in-  
quiens, sic nobis imponitur, quod neminem aesti-  
mamus eo, quo est, sed adiicimus illi et ea, qui-  
bus adornatus est. Atqui cum voles veram homi-  
nis aestimationem inire, et scire, qualis sit, nū-  
dum inspice, ponat patrimonium, ponat bouores,  
et alia fortunae mendacia: corpus ipsum exuat:  
animum intuere, qualis, quantusque sit, alieno,  
an suo magius. Quantum porro usum illi haud

prae-

P R A E F A T I O .

XI.

praestant in explicandis aliis, qui a Romanis ad nos peruererunt, scriptoribus? Quis facile intellexerit illud AVSONII IN ANTONINVM  
PIVM tetraстиchum:

*Antoninus abhinc regimur capit: ille vocatus  
Consultisque Pius, nomen habens meriti.  
Filius huic sato nullus: sed lege suorum  
A patria sumit, qui regere patiam,*

nisi cum eo contulerit, quod scribit CAPITO-  
LINVS in Antonino Pio Cap. IV. Adoptionis  
lex huiusmodi data est, ut, quemadmodum Anto-  
ninus ab Hadriano adoptabatur, ita sibi ille  
adoptaret Marcum Anroninum, fratri vxoris  
suae filium, et Lucium Verum, Aelii Veri,  
qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui  
postea Verus Antoninus est dictus. Quis illud  
in COMMODVM:

*Commodus insequitur, pugnis maculosus harenæ,  
Threcidico princeps bella mouens gladio.  
Eliso tandem persoluens gutture poemas,  
Criminibus fassus matris adulterium,*

nisi LAMPRIDIVM legerit in vita Commodi Cap.  
XL quodque de eodem COMMODO CAPITO-  
LINVS

LINVS refert in vita M. Antonini Philosophi  
Cap. XIX. Multi autem ferunt Commodum  
omnino ex adulterio natum : siquidem Fausti-  
nam satis constat apud Caietam conditiones sibi  
et nauticas et gladiatorialias elegisse : de qua  
cum diceretur Antonino Marco , ut repudiaret,  
si non occideret, dixisse fertur : Si vxorem di-  
mittimus, reddamus et dotem. Sed omnes fe-  
re vtilitates, e lectione horum auctorum percipi-  
endas, superat hoc, quod merito suo a viris  
harum rerum scientissimis inter fontes iuris ci-  
uilis referuntur. Auctoritates si quaeris, CA-  
SABONVM quaeſo audias in Prolegomenis, edi-  
tioni horum scriptorum, quae Parisiis 1603.  
prodiit, praemissis, ita scribentem : Lectio  
corum cum omnibus et bistoriae et morum anti-  
quorum studioſis necessaria, nedum vtilis, tum  
vel maxime iis, qui cognitione iuris ciuilis Ro-  
manorum delectantur. Quam multa enim tota  
ſparſim opere inuenias, quae ad iuris prudentiae  
ſtudia proprie pertineant ? quam multis locis  
aut nouum ius aliquod introductum, aut vetus  
antiquatum obſeruatur ? Ut taceam, quod,  
absque his scriptoribus fuisset, plurimos pruden-  
tes

res, quorum extant in pandectis et nomina et  
fragmenta, ignoraremus: raseam item dictionis  
genus in multis commune cum antiquis iuriscon-  
sultis.

Quid? tot principum pulcherrimas  
epistolias, tot grauissima Senatusconsultia, tot  
alia publica monumenta, e scriniis Auguſtorum,  
actis senatus et populi, aut nescio unde ex ab-  
dito eruta, quanri censēmus facienda?

CASAV-  
SONO iunge HENR. DODWELLVM in Prae-  
leſt. Camdenian. p. 34. Propius facit ad com-  
mendandum borum temporum ſtudium, quod iu-  
ris ciuilis, quale nos habemus, primas fere com-  
pleteantur origines. Quod autem non niſi bre-  
uiter et ſtrictim dixerant C A S A V B O N Y S,

DODWELLVS, et alii, qui verum rebus preſtium  
ſtatuerent, illud hac, quam typis rur-  
ſus exſcribendam curauimus, oratione G O T F R.

MASCOVIVS, vir ille, dum viueret, non modo  
iuris, qua veteris, qua noui, qua publici, qua

priuati, callentifimus, ſed omnis propemo-  
dum, qua patet, litteraturae promus condus,

clariffima in luce poſuit. Quantum hic rerum!

quan-

quantum exemplorum! quantum eruditio*nis!*  
Sed tantum abest, vt laudibus nostris aureolus  
hic libellus indigeat, vt potius non possit non  
ipse per se placere omnibus, qui harum rerum  
gustum habent, quidque distent aera lupinis,  
aequo Ioue possunt iudicare. Neminem sane,  
nisi aut crassitudine ingenii, aut communi illo  
inuidiae morbo impediatur, fore putamus, qui  
pulchritudinem huius orationis non peruideat,  
eamque exemplar, quod imitemur, dignissi-  
mum esse haud confiteatur. Iure suo auctor  
cius dicere poterat:

— — Non prius

Audita, Musarum facerdos,

Virginibus puerisque canto,

ad eo scilicet nemo ante illum hoc argumentum  
extricauerat, nedum perpoluerat. Quam uti-  
lis autem, quamque necessarius hic labor fuerit,  
et si illis fortasse obscurum erit, qui compen-  
diaria tantum iuris scientia dicam an inscrita  
dele-

delectantur, nauiter tamen perspicient omnes,  
quos, vt LVCRETIVS ait,

— iuuat integros accedere fontes.  
Si qui autem sint, qui haec rideant omnia, ope-  
ramque nos etiam repetitione huius sermonis  
lusisse existimant, illos facile patimur non ex-  
stercore aurum, sed, vt solent, ex auro ster-  
cus colligere, quotidieque in publicum emittere  
Annales Volusi, cito ituros

*In vicum, vendentem thus et odores,*

*Et piper, et quidquid charis amicitur ineptis.*

Nobis quidem gratissimum fuerit, si iuris in  
alma hac academia studiofos vel hoc argumen-  
to docuerimus, iurisscientiam neque e fiscis  
compendiorum riuulis, neque ex impuris com-  
mentatorum lacunis, sed ex ipsis limpidissimis  
iuris fontibus, quos inter augustae scriptores  
historiae profecto haud ultimum locum occu-  
pant,

XVI

P R A E F A T I O.

pant, hauriendam esse. Vos igitur, sacra  
Themidi pectora, quibus quidem

*Virtutum hos — finulos, haec semina laudum*

*Incorrumpa damus, — — —*

MASCOVII exemplo sapere discite, et hanc,  
quae vestrum maxime in usum denuo iam pro-  
dit, orationem non ipsius magnitudine, sed  
terum potius sententiarumque pondere aesti-  
mate. Scrib. Lipsiae, ipsis Calendis Martii

M D C C L X X I V .



GOTFRI

GOTFRIDI MASCOVII

I. V. D. ET IN ACADEMIA DVCATVS GEL.  
RIA E T COMITATVS ZVTPHANIAE  
PROF. ORDIN.

# O R A T I O

DE

VSV ET PRAESTANTIA  
HISTORIAE AVGVSTAE

IN

I V R E C I V I L I

HABITA SOLENNITER

HARDEROVICI

D. XIX. IVNII CICIO CC XXXI

CVM RECTORIS MAGNIFICI

MVNERE ABIRET.

A

DOTTRINI MASSONI

INDATI IN GÖTTINGA DAGTAS GER  
RIBAT COMITATE SANCTI PETRI

PROLOGO

O I T A R O

DE

ALTMARIA TESTAMENTUM

HISTORIE AVADVA

IN R E C I N N A

MARIA TESTAMENTUM

GABEROLICI

DAVIA TANCIUS OXXI

CALICOTON MADMUNICI

MANNERBRITI

GOTFRIDI MASCOVII

O R A T I O

D E

V S V E T P R A E S T A N T I A H I S T O R I A E

A V G V S T A E

I N

I V R E C I V I L I

Qui Architectos instituant, cum sibi ideam singunt perfecti artificis, quendam in eo doctrinae ornem, multiplicisque rerum cognitionis apte temperatum cinnum exigere solent <sup>a)</sup>). Cum enim cacteris disciplinis id quotidie contingere videamus, ut aliarum artium ope et praesidio indigent, falli eos quam maxime putant, qui Architectonen solam nihil praeter animi solertiam, usum et experientiam desiderare existiment. Proinde cum Grammatica et Arithmetica, Graphide porro, seu pictura linearis, Geometriam quoque, Opticen, Historiam, Philosophiam, Medicinam et ipsam Iurisprudenciam alumnis suis commendant. Scribendi certe et supputandi facultate non magis, quam illa alia honestior vita professo, carere possunt; Graphide aequae ac statuarii, pictores et plastae indigent, si qua futuri operis effingenda sit species; sine Geometria parum profuerit regula, circinus et

A 2 amissis

<sup>a)</sup> Ut efficiatur orbis ille doctrinae, quam εγκυρωνείας vocant, verba sunt QUINTILIANI ius. Orator. L. I.  
ca. 10.

amissis, nec scite quisquam sine Opticis ope dispensaverit lucem et tenebras. Nuntiam quoque vetustatis, Historiam, Architecto in numerato esse volunt, quo perspecta habeat incunabula et incrementa artis suae, magistrorum praecellentium nomina et iuuenta, rationes denique ornamentorum, quibus aedificia saepe prae ei vulgi captum superbiunt. Est genus quoddam statuarum, pro columnis adhiberi solitum, antiquis non minus quam recentioribus vistatum, Cariatydes<sup>b)</sup> appellant. Exsurgit ex stylobate forma mulieris, matronali testa vestimento, nec tamen ea usquequaque perfecta; intercipiatur enim cum manibus maior pars brachiorum. Ille libalem fore Architectum putant, quem fugiat, et nomen et formam infelici Caryae, Peloponnesi ciuitati, deberi, quae capta, quod cum Persis contra Graeciam conspirasset, singulare viatoribus fuerit ludibrio, quo matronae eius isdem stolis, quibus, cum caperentur, amictae fuissent, sub iugum missae, earumque imagines, ut diuturnior esset contumelia, ab Architectis in aedificiis publicis columnas cuius substituae sint. E Philosophiae porro preceptis non tantum solatia peti iubent aduersus mala, quae pro conditione humanitatis animi saepe tranquillitatem oppugnant; sed excitamenta quoque ad summa queuis in arte sua tentanda et perficienda fine arrogans labet; sed et animi magnitudinem, qua exempti sordibus avaritiae quicquid in iis sit indolis diuinioris, id soli arti suae angustiandae impendant. Physiologos quoque et Medicos a suis audiri volunt, tum ut in aquaeductibus et aliis operibus, cognitam habeant vim et potestatem telluris, aeris et aquae, tum, ut iis in explorato sint cominoda et pericula eorumdem, sine quorum discernimine salubritates locorum peticili-

b) Sumit hoc exemplum ex VITRUVIO I, 1.

periclitantur. Tandem, ut ius quoque discat, Architecto suadent, quo ipsa aedificandi ratio resistat litibus, quae ex parietum, stūlicidiorum, lumininue iure, locatione conductione, familiae, reiue alias communis divisione oriti possint.

Tam prouide Architectorum natio deligit, quae proficere arti sua possint, sine dubio ideo praecipue inuentae, vt tempestates, bestias, latrones commodius arceremus, vt gelida aduersus solis calores haberemus diffugia, nisi quod voluptas, capienda ex operum commoditate concinnitate et venustate, angustias artis dilaxauit. Quae cum ita sint, quis miretur Iurisconsultos, quorum opera efficitur, vt Architecturae et reliquis disciplinis omnibus locus sit, ipsos quoque ad penitorem Iuris comparandam prudentiam eas doctrinae copias requirere, quas non nisi eximiae industriae fortuna praestare solita sit. Dicam de solo Iure Civili, in quo primum nos penetrare iubent in intimos Grammaticae c) recessus, vt non natuum tantum verborum significatum, vim et usum nouerimus, aut a naturali verborum ordine separaremus verborum figuratas, Litotenus d), qua plus saepet veteres Iureconsulti dicunt, minus intelligent; Anapaptodon e), qua con-

A 3

c) De Grammatice vid. QUINTILIAN. l. c. L. II. c. 1. et  
GELLIVS L. XIII. c. 10.

d) De litote conf. 10. **BELLONVS** de figur. iur. p. 14. **GER.**  
**NOODT** Olif. L. II c. 15. et in **Iul. Paulo** c. VII. **EREN-**  
**MAN** ad **Modestin.** **Euremat.** p. 81. **KREBS** ad **Decr.**  
**Romi** pro **Iud.** p. 107. et quae nuper notauimus **Probabil.**  
L. II. p. 56. vbi ostendimus, litotem etiam esse, quando  
plus intelligimus, quam verbis exprimuntur. **Generatim**  
**SERVIVS:** *Liptotes figura per contrarium.*

c) De occurrentibus in iure ciuili Anantapodotis vid.  
PETE. de TOVLIEV in Collectan. a IO. WOLEERS  
Groening. 1737. edit. p. 300.

tra minus dicunt, plus intelligunt; Synchusin<sup>f</sup>), qua,  
inter cisis aliis, quae debebant sequi, diuellunt; Hen-  
diadois<sup>g</sup>), qua, vt vegeta sit oratio, vnam rem duo-  
bus verbis efferunt; sed vt diuinatoris quoque artis  
praeadiis instruisti, in inuestigandis librariorurn errori-  
bus feliciori sufficiamus crisi.

Grammaticae duas alias artes adiici jubent, quibus  
misticis iuuari sicut conatus hominum iuris studioso-  
rum, Logicam et Ius Naturae. Illius ope obseura ela-  
cidantur definiendo, genera diducuntur in species,  
constituantur regulae, at quas exigitu quicquid, nego-  
tiorum in vnu obuenierit vitae ciuilis<sup>h</sup>). Ius naturae  
vero, quod per rationem naturalem imensum vnius-  
cuiusvis studium suae utilitatis humanae temperat so-  
cietas<sup>i</sup> cura, sine qua inane fuerit ingenitum felici-  
tatis desiderium, norma est legum omnium. Hanc  
sancte vtrum semper seruauerint Romani in institutorum  
suo multitudine pulchrae est disquisitionis: quam-  
quam vtique, si praecepsis diuinis recedas, non te-  
mere legum veterum corpus inueneris, cuius sanctio-  
nes

<sup>f)</sup> Συγχέσεως, i. e. confusione f. conturbationis, obvia in  
iure exempla nonnulla notauimus Var. Iur. Ciu. Cap. I.  
et Probabil. L. II. p. 66. Ceterum conf. ERERS. l. c.  
p. 134.

<sup>g)</sup> De figura, ex dix. duov. dicta, qua duo substantiva po-  
nuntur pro substantivo et adiectivo, cons. IAC. BOR in  
Diff. ad l. 74 §. i. D. ad Sistum Trebellian. Lugd. Bat.  
1748. et quae monuimus Obs. Iur. Ciu. Cap. 28. itemque  
Probabil. L. I. p. 60.

<sup>h)</sup> Hac arte inter veteres Idos eminuit SCAEVOLA, de  
quo legi meretur CIC. in Brut. n. 60.

<sup>i)</sup> De principio socialitatis optime noster in Præfat. ad  
Pufendorf. p. 13.

nes his aquiores sint <sup>k)</sup>). Deserunt enim auctores eorum portenta opinionum, in quibus sapientia Philosopherum insanit. Sint Stoicis omnia peccata aequalia, sit eiudem criminis reus, qui gallum gallinaceum, quam qui patrem occiderit <sup>l)</sup>; nostris multum semper interesse visum est, partemne aliquis acerui frumenti, an totum furatus sit <sup>m)</sup>, tenerosne alieni horti caules frigerit, an noctu Deorum sublegerit sacra <sup>n)</sup>. Quamvis enim lex omnis lineae <sup>o)</sup> comparari possit, quam ut primum egressus fueris, deflexeris a rectitudine eius; multum tamen interest, velisne mox subsistere, an excurrendi pertinacia augere admissi magnitudinem. Quis autem succenseat porro commendantibus studium Antiquitatum, cum sine iis neque Servitus veterum, neque Manumissio, neque Patria Potestas, ne-

A 4

que

<sup>k)</sup> Idem sensit MENAGIVS in Epist. ad Lud. Nublaeum, Ius civile Romanorum, inquietus, fons est omnis aequitatis et iustitiae; unde illud Christophorus Thuanus rationem scriptam eleganter et vere appellitabat.

<sup>l)</sup> Petuum hoc ex c.c. Or. pro Muraen. n. 61. Omnia peccata paria esse: omne delictum scelus esse nefarium; nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit.

<sup>m)</sup> Vid. MERILLII Ohf. L. II. c. 5. et BYNkershoek Ohf. L. I. c. 3.

<sup>n)</sup> Verissime HORATIVS Serm. I. 3.

Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet idem  
que,

Qui teneros caules alieni frigerit horti,  
Et qui nocturnus diuum sacra legerit. —

<sup>o)</sup> In animo habuit locum c.c. Parad. III. 1. Siquidem est peccare, tamquam transilire lineas: quod cum feceris, culpa commissa est.

que Noptiae, neque Legimatio, neque Adoptio, neque Emancipatio, neque Tutela, neque, in ea Domini Quiritarii et Bonitarii differentia diuersisque transferendi modis, Acquisitio Domioii, Testamentorum solennia, Contractum, Lega orum, Fideicommissorum et Actionum disserimen intelligi queant, ut taceam instrumenta rustica, rem vestiarium et supellestilem, quorum tam frequens in iure intentio. Quid dicam de notitia Linguae Graecae, cuius in iure praesentissimum usus, quod ea promulgatae Nouellae p), edita Basilica et Theophili Paraphrasis? quid de Historia tam Civili, e qua origines, progressus et vicissitudines Iuris patet, quam Ecclesiastica, e qua sola lux assundi potest principum Christianorum Constitutionibus contra paganos et inualecentes haereses, cuius ope dignoscenda Concilia et illustfranda denique symbola q) fidei Christianae, quae in iure laudantur.

Tam vberes et copiosas Ius Civile poscere visum est opes scientiae, e quibus pace vestra, Auditores, solam decerpam Historiam, non omnem, sed pro parte, dicturus de viu et praefatia Historiae Augustae in iure Ciuiti,

Historiae Augustae nomen interdum late patet, eosque scriptores omnes complectitur, qui rem Romanam sub Imperatoribus descriperunt, quales sunt Suetonius, Dion Cassius, Herodianus, Spartanus cum sociis, et Ammianus Marcellinus. Obtinuit tamen vbu,

p) Certe pleraque. vid. HEIN. hist. iur. p. 539. edit. no. viij. et III. HOMMELII Lit. iur. p. 293.

q) Pertinent eo L. 2. C. de Summ. Triuit. et Nou. VI. in Praef. Ceterum iam ENGAVIVS in Elem. iur. Can. p. 56. monuit, symbolum Apostolicum ab Apollotolis, Athanasianum ab Athanasio conditum esse, neminem fanum hodie credere.

vſu, vt praecipue hoc nomine designentur is ipſe Spartanus, et, qui cum eo edi ſolent, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopifcus, quaquam Salmasius, quae Vulcatio Gallieano et Lampridio tribuuntur, *Spartiano* addicat, quem Aelium Lampridium Spartanum dictum fuſſe, deprehendiffe libi videtur, cui tamen de Vulcatio contradicit Dodwellus <sup>r</sup>). Floruerunt ii omnes iis temporibus, quibus Diocletianus, Constantius et Constantinus rerum potiti fūt, traduntque ſigillatim vitas Imperatorum Romanorum inde ab Hadriano vſque ad Diocletianum, ſive ab A. C. cxvii. ad A. cclxxxiv. niſi quod vitae Philipporum Deciorumque cum aliquor aliis, principum parum memorabilium, intercederunt. Sunt in horum temporum ſerie ſeptuaginta et plures Principes, quibus partim Imperatorum, partim Caefarum, partim Tyrannorum nomen contigit. Imperatores enim dicti, qui ſummae rei Romanae iure praefecti viſi, Tyranni, qui eam affectauerunt molimine nefario, Caefarum nomine <sup>s</sup>) iis ſervato, qui, ſuperflite Imperatore, ſuccellſi in Imperio deſtinati tantum fuſſent. Summa hic rerum varietas, illuſtriffima Iudicis fortunae in rebus huma- ni exempla, notabiles ortus, caſus et exitus principum, quodque nobis eos magis comminendet, eorundem plane, quibus magna pars Iuris Ciuilis debet.

Cui ignotum eſt Edictum Perpetuum, ad quod Pandectae concinnatae, Codex compositus, quodque ſuis commentariis primarii Jurisconsulti veteres illu-

A 5

ſtra-

<sup>r</sup>) In Praefet. Camdenian. Oxon. 1692. p. 51. Conf. etiam FABRICIVS in Bibl. Lat. L. III. C. 6.

<sup>s</sup>) De appellatione Nobilissimorum Caefarum vid. GISE, CUPERVS Ohſ. IV. 1. vbi eius originem a Geta repetendam eſſe, haud improbabiliter coniicit.

strarunt? Hoc vero auspiciis D. Hadriani conjecturam.  
 Quis non vel in medio strepitu forti quotidie prouocari audia ad Beneficium Divisionis, quo obligatio,  
 qua veteri iure plures fideiuissores singuli in solidum  
 obstringebantur, ita diuiditur, ut creditor a singulis,  
 qui soliendo sint, partes petere cogatur? Hoc vero a  
 D. Hadriano fideiuissoribus indultum. Atqui Hadriani  
 vitam diligentiae Spartiani debemus. Inter ipsa Iuris  
 tyrocinia disputari solet de Quarta D. Pii, sitne haec  
 portio, quam arrogator arrogato exheredato aut eman-  
 cipato linquere cogitur, si alii liberi extent, quarta pars  
 bonorum omnium, an portionis ab intestato debitate  
 Atqui D. Pii vitam Capitolinus descripsit. Singulis Iu-  
 ris nosliti paginis laudartur Semestria<sup>u)</sup>, Orationes,  
 Rescripta D. Marci, quibus siluam<sup>v)</sup> dissonantium re-  
 sponorum, Iurisprudentum dissensu enatam, caecidit  
 et quae partim solus, partim cum Vero fratre et filio  
 Commodo Maiestatis sociis, edidit. Atqui eorum vi-  
 tam posteritati commendauit idem Capitolinus. Nobis  
 in tutelis oratio D. Seueri, qua tutoribus et curato-  
 ribus

t) Prius quidem praeter alias recte defendit ANT. SCHVL-  
 TINGIVS in Enarr. Part. I. Dig. p. 98. nec non in  
 Thes. Jur. Contr. Dec. III. fructu contrarium tuente  
 REINOLDO in Var. Cap. 42. Nec iure Nouell. auctam  
 esse hanc quartam, docuit ED. CALDERA Var. Lect.  
 III. t. 6.

u) Semestria dicebantur, quae in semestribus consiliis con-  
 stituta atque rescripta fuerant. vid. BRISSON, de V. S.  
 p. 1236. Constitutiones autem Marci Aurelii Antonini  
 clarissima in luce posuit IO. ORTW. WESTENBERG  
 in D. Marco.

v) Suntum hoc CX TERTULLIAN. Apologet. c. 4. Nonne  
 et vos quotidie experimentis illuminantibus touchas  
 antiquitatis, totam illam veterem et squalentem legum  
 siluam nouis principalium rescriptorum et editiorum fecu-  
 ribus truncatis et caeditis?

ribus interdicitur, ne praedia pupillorum minorumue rustica vel suburbana distrahant, nisi vt idem fieret parentes testamento vel codicillis cauerint, vel vrgente aere alieno Praetor aditus, pro sua religione aestimaverit, quae possint alienari obligariue debeant. Atqui Seueri vitam memoriae prodidit Spartanus. Ne concordia coniugium conciliari videtur prelio, spoliarentur benigni, desererentur tenaces, idem Septimius Seuerus et Antoninus Caracallus oratione sua prohibuerunt donationem inter virum et vxorem <sup>w)</sup>. Idem Caracallus in Iure clarus propter ius Ciuitatis omnibus datum, vt ex redditibus viceimiae hereditatium, quam foli ciues soluebant, magis augeretur aerarium <sup>x)</sup>. Atqui Caracalli vitam reliquit nobis Capitolinus. Quantani porro segetem Constitutionum ab his et successoribus editarum exhibet Codex Iustinianus? quas illotis manibus attingit, qui non pernoverit illorum aetatem indolem vitam et gesta, exposita a nostris subinde etiam solis. Quae enim ex Dionis monumentis hoc pertinebant, ea magnam partem perierunt, Herodianus vero vt a Commodo demum incipit, sic in principio Imperii Gordiano delati substitit; adeoque LXX. tantum annorum gesta memoriae prodidit, cum in nostro corpore CLXVII. annorum memoria contineatur.

Sed

<sup>w)</sup> Super oratione ANTONINI de donat. iur. vir. et uxori. post SC. GENTILEM, aliasque eleganter differuit ZACH. RICHTER, Lips. 1759.

<sup>x)</sup> Eo pertinet EZ. SPANHEMII Orbis Romanus, f. ad Constat. Antonini Imp. de qua Vlpian. l. 17. D. de stat. boni. Exercitationes II. contra quem arma nuper mouit IO. PAVL. MAHNER in Comment. de Marco Auelio Antonino, constitutionis de ciuitate viuenter orbis Romano data auctore. (Halae 1772.) quo iure, quoque successu, illud ipse viderit.

Sed ut vitam hi scriptores principum in primis interiorem et familiarem literis consignarent, sic amicos <sup>y)</sup> quoque et consiliarios eorum recensent, inter quos saepe Icti veteres claruerunt. Ille Hadrianus, qui quod omnium artium peritissimus sibi videretur, Professores earum ut doctior semper risit et contemptus, cuique Fauorius, Grammaticus non indoctus, reprehensus de verbo probae latinitatis, ideo cessit, quod xxx. haberet legiones <sup>z)</sup>, in consilio semper habuisse legitur Iurisconsultos et praecipue Iulium Celsum, Saluum Julianum, Neratium <sup>1)</sup>, Priscum <sup>2)</sup>. Antoninus Pius quoque multa de iore sanxit; ususque est iuris peritis Vinidio Vero, Salvio Valente, Volusio Maeciano, Vlpius Marcello et <sup>2)</sup>. Ianoleno. Eundem Volusium Maecianum M. Antoninus audiuit, cum iuri studeret, quemadmodum a Cernidio Scaeoula, quo Marcus deinde praecipue usus est <sup>4)</sup>. iurisperito, Septimius Severus <sup>5)</sup>, a Modestino vero Maximinus <sup>6)</sup>.

Junior

1. Spartanus in Hadr. c. 18.

4. Idem in Marco c. II. f.

2. Capitolinus in Pto c. 12.

5. Spart. in Carac. c. 8.

3. Capitolinus in Marco c. 3.

6. Capitol. in Maxim. Iun. c. 1.

y) Qui amici principis dicti fuerint, optime docuit <sup>sav.</sup>  
MASIUS ad Spartan. Hadrian. c. 18. T. I. p. 165. ed.  
Hackian. De titulo parens nuper differimus Probabil.  
L. II. c. 19.

z) Rem narrat SPARTIANVS L. c. Cap. 14. Et Fauori-  
nus quidem, quoniam verbum eius quoddam ab Adriano  
reprehensum esset, arque ille cessisset, arguentibus ami-  
cis, quod male cederet Adriano de verbo, quod idonei  
auctores usurpararent, rifiutum iucundissimum mouit. At  
enim, non recte suadetis, familiares, qui non patimini,  
me illorum doctorem omnibus credere, qui habet triginta  
legiones.

a) NEBATII PRISCI memoriam singulari oratione re-  
coluit C. B. ACOLYTH, Jenae 1756. <sup>7)</sup>

Iunior iis didicerunt. Acerbum Papiniani b) fatum, quo is, quod Getae semper studuisse, a Caracalla intererunt 7. est, Pauli 8. et Vlpiani 9. porro honorum gradus et amorem, quo hunc Alexander Seuerus 10. amplexus est, horum fide nouimus. Sileo amplissimum illum Iurisconsultorum catalogum, quos Alexandro Seuero a consiliis suis Lampridius 11. tradit, cum ratione multorum locum hunc in mendo c) cubare dudum obseruatum sit, et iam sic satis appareat, si quis nouisse velit, quantum et quam aboluti ciuiis munus sustinuerint Iurisconsulti veteres, eum Pomponio, cuius Enchiridion 12) in Hadriano deficit, hos scriptores successores dare debere.

Quis formam porro Imperii Romani, rationemque successionis, sine his scriptoribus expedit, cum sine iis vix refelli possint, qui legem Imperii, quam etiam Regiam vocant, commentum Vlpiani Tribonianum esse putant e). Quamuis niminim Imperium praevalente

7. Spart. in Seuero. c. 21. et in Carac. c. 4. et 8. 9. Spart. in Pesc. c. 7. Lamprid. in Alex. c. 16. 26. et 31. 8. Spart. in Pescenn. c. 7. et in Alexandre c. 26. 10. Lampr. c. l. c. 51. 11. Id. c. l. c. 68.

b) Cuius constantiam in scenam ad popularem admiratio- nem, vernacularum tragediarum quarta, quae inscribi- tur **PAPINIANVS**, se adduxisse feribit IAN. VINCI. GRAVINA Orig. Iur. Ciuit. p. 77. edit. MASCOVII, qui monet, illam tragoidiam cum quatuor aliis, ab auctore in latinum sermonem versis, apud eius heredem, PE- TRVM METASTASIVM, custoditam fuisse.

c) vid. que diximus in Praefat.

d) Quod cadauer Enchiridii Pomponiani dicit RUPERTVS in Ep. IX. ad Reinefum. vid. Otron. Thef. T. V. p. 1640.

e) TRIBONIANO nuper adhuc tribuit H. I. ARNTZE- NIVS in Spec. Ohf Cap. IV. sed conferitis BACHII bish. iur. p. 270. ibique citatos.

lente feditione militum saepe in potestate legionum  
esset et in conditis militum suffragiis deberetur, quoties-  
cunque tamen iure agi conditio temporum patiebatur,  
Senatus auctoritate Imperatores lectos reprehendimus.<sup>12.</sup>  
Sic Marco nominatum et Lucio<sup>13.</sup> Vero, sic Didio<sup>14.</sup>  
Iuliano, sic<sup>15.</sup> Seuero, <sup>16.</sup> Macrino, <sup>17.</sup> Alexandro,<sup>18.</sup>  
Gordiani<sup>19.</sup> Maximo et Balbino, <sup>20.</sup> imo<sup>21.</sup> Tacito  
quoque et<sup>22.</sup> Probo Imperium SCto delatum confi-  
matumque legimus, quod genus SCtorum in libris Ele-  
phantinis<sup>23.</sup> custoditum esse<sup>24.</sup> Vopiscus auctor est.

Successionem porro Magistratum Romanorum  
de quorum officiis tam sollicite disputant veteres lu-  
risconsulti, apprime hi scriptores docent. Mutatus in-  
dies magis mos veteris Reipublicae, neglecli Consules  
et Praetores, autē Praefecti Vrbi<sup>b)</sup> et Praefecti Prae-  
torio, praecipui Principum administrati. Quanquam  
enim fallantur, qui Consulibus et Praetoribus nihil  
per haec tempora praeter iurisdictionem tribuunt vo-  
luntariam, satis tamen vel ex nostris appetet, plera-  
que eorum munia accessionem factam esse potestatis  
Praefectorum. Simili ratione obsolescere videoas re-  
liquas

12. Capit. in Marco. c. 7. in Ver.

c. 3.

13. Spartanius in Didio, c. 3.

14. Id. in Didio, c. 6. et in Se-

vero. c. 5.

15. Capitol. in Macrino. c. 7.

16. Lamprid. in Alex. c. 1.

17. Id. in Gordianis. c. 11.

18. Capitol. in Max. et Balb.

c. 8.

19. Vopiscus in Tac. c. 8.

20. Vop. in Probo. IO. II. 12.

21. Vop. in Tac. c. 8.

f) Lege litteras, occiso Aureliano ab exercitu ad Sematium  
missas, apud VOPISCVM in vita Aurel. cap. 41.

g) Quos pro eboreis accipit SALMASIVS ad Vopisci vlt.  
Taciti cap. 8. Tom. II. p. 606. ed. Hack.

h) Quotquot de Praefectis Vrbis scripserunt, eos omnes  
superat ED. CORSINIUS, cuius liber Pissi 1766. in 4°  
prodiit.

liquis dignitates veteris Reipublicae, quasdam etiam Principibus iuuentutis, aliisque Imperatorum propinquis, pueris, dari. Hadrianus annorum xv., aut certe non multo maior, Decemviri litibus <sup>22.</sup> indicandis; Marcus adolescentis <sup>23.</sup> Praefectus Urbi feriarum Latarum causa. Commodus impetrata venia legis annariae vix pubes factus <sup>24.</sup> Consul. Censura fere inciderat, cum post longissima temporis internalla, fine vlo deia successore, displicente tam tristi et severo nomine, Censor dictus est Valerianus, qui deinceps <sup>25.</sup> imperavit, et a Sapore rege Persarum captus pudendum victori debuit ludibrium <sup>i).</sup> Provinciae ad nutum

<sup>22.</sup> Spart. in Hadr. 2. vbi ta-  
men confer. Caius. et Dodw.

<sup>24.</sup> Lamprid. in Conn. c. 2.  
<sup>25.</sup> Pollio in Valer. c. 1. sgg.

<sup>i)</sup> Est is VALERIANVS senior, qui imperavit cum GALIENO, filio impio, comperta quippe patris captivitate etiam lactato, (TREBELL. POLLIO in vit. Gallien. cap. I. et XVII.) absensque et captus alterum filium VALERIANVM, codem teste TREBELLIO in vit. Valeriani iun. Caesarem appellauit. Hinc inscriptio L. 16. C. de inoff. test. IMPF. VALERIANVS ET GALLIE-  
NVS AA. VALERIAN. N CAES. i.e Valerianus Nobilissimus Caesar. Tres autem fuisse Valerianos, pa-  
trem, filium, et nepotem, nuper docuit HENR. CAN-  
NEGIERVS in Trebell. Pollio's negligentia castigata, p. 193. Pertinet eo marmor apud GRYTERVM  
p. CCLXXV. s.

X. LICINIO. SALONIN. VALE  
RIANO. NOB. CAES. PRIN. IVVENT  
VALERIANI. AVG. NEPOTI  
GALLIENI ET SALONINAE AVQ  
FILIO  
MATER PIENTISSIMA

nutum Principis a Praefidibus regebantur, retento in quibusdam veteri magistratus nomine, dato aliis nouo. Per Italianam IV. Consulares iudices ab Hadriano<sup>26</sup>, constituti, iisdem a Marco substituti<sup>27</sup>. Iuridici, a quibus Italia ad tempora Macinai administrata fuit, sub quo eos desisse e Dionis fragmentis obseruat Casaubonus.<sup>28</sup> Inter haec quaedam inuenta sunt publice bona. Ne delatorum et accumulatorum<sup>k)</sup> libidini amplius patrarent bona priuatorum, constitutis ab Hadriano Aduocatus<sup>29</sup>. Fisci, qui Caduca et Vacantia Procuratoribus Fisci denunciaret, tandemque rei Augustae Privatae quoque Procurator<sup>l)</sup> darus a Septimio<sup>30</sup>. Seuero. Consiliariis et Assessoribus, quorum officium fere in cognitionibus et Decretis faciendis versabatur, salaria, quae solis Praefidibus Augusti praestari iusserat, a Pescennio<sup>31</sup>. data, exigente aequitate, ut qui consilii magistraribus adlant, et quorum periculo Praefes in iure dicendo peccat, praemii quoque participes habeantur<sup>m)</sup>. Antea ab ipsis magistratibus haec salaria assessoribus praefabantur, quos amplius grauata displicuit, cum, ut sceleratum videretur iudicem munericibus flexi, odiosum esset, magistratus munericibus exhausti. Senatus ipse voluntati Principis obnoxius, satis sibi felix videatur, si patiatur Orationes suas Senatus consulta dicti,  
inter

26. Spart. in Hadi. c. 22.

29. Spart. in Hadr. c. 20.

27. Capitol. in Marco. c. 4.

30. Id. in Sev. c. 12.

28. Ad Spart. in Hadi. c. 1.

31. Spart. in Pescenn. c. 7.

k) De coercitione accusatorum elegans existat Dif. CONST. IAC. VAN RENESSE IN OELRICH. Theſ. nou. Dif. Belg. Vol. I. T. II. p. 561.

l) De procuratore Caefaris ipse exposuit G. MASCOVIVS singulari Dif. quas Alzorfi prod. 1724. quam, utpote rarissimam, breui fortasse rursum publici iuris faciam.

m) Vid. l. 2. D. quod quisque iur.

inter quae memorabilia Senatusconsulta Tacita, quae, si qua repentina ingrueret necessitas, quae occultari consilia iuberet, fiebant <sup>n)</sup>). Haec quo more fieri solita sint, nemo forsitan praeter Capitolinum exposuit <sup>32</sup>. Congregabantur Patres Conscripti non solito more in Curia, sed in Cella Iouis Capitolini, ut eo auspice et teste consilia inirent, solebatque eos obtulisti Princeps, ne quenquam consiliorum participem facerent. Nullus hic scribae, nullus seruis publicis, nullus Censualibus locus, ipsi Senatores horum omnium muneribus fungebantur.

Sed in primis Iuris nostri progressus, qui partem Iuris interioris omnium operosissimam efficiunt, ab Historiae Augustae Scriptoribus mirifice iuuantur. Incipiam a statu personarum, unde ordiri veteres solent. Primum dominis in seruos multum permiserauat seuerior disciplina Quiritium. Non solum quicquid acquirebat seruns, domino acquirebat, sed a domino etiam impune occidi poterat <sup>o)</sup>). Scilicet visa est seruili improbitas praesenti semper mortis metu offici admonenda, nec periculum esse, ne humanitatis obliuisceretur dominus, cum eiusdem interesset, et servari seruum et corrigi. Sed siue hanc spem fecellit

atro-

<sup>32</sup>. *Capitol. in Gord. 12.*

<sup>n)</sup> De Senatusconsulto tacito ex antiquitate Romana disseruit Ill. ERN. MART. CHLADENIUS Vitemberg. 1742.

<sup>o)</sup> Negavit hoc GEO. D'ARNAUD in *Diff. de iur. servorum*, Leouard. 1744, sed rationibus parum firmis, ut iam obseruauit IVL. CAR. SCHLAEGERVS de debitor. obseruat sec. ius Hebraic. et Attic. creditoris in servis. adiudicand. in FELLENBERGII *Iurispr. Antiqu.* T. I. p. 46.

atrocitas dominorum, siue colore eius privatis tantum potestatis inuidentur principes, pedetentim sublatum est vitae et necis ius. Primum, vt Seneca testatur, positus, qui cognosceret de iniuria seruis a domino illata, qui mitigaret saevitiam, coerceret libidinem, compesceret auaritiam, si qua vitae necessaria seruo negarentur. Successit sub Nerone lex Petronia, vetans, ne seruos ad bestias daretur sine iussu iudicis. Tandem Hadrianus, vt ex Spartiano<sup>33.</sup> discimus, seruos a dominis occidi quoque vetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent, lenoni et lanistae vendi vetuit causa non praeletitia.

Tutores ex lege Attilia a Praetore Urbano et maiore parte Tribunorum plebis dabantur, deinde a Consulibus. D. Marcus Praetorem constituit pupillarem.<sup>34.</sup> Curatores non dabantur, nisi lascivis et prodigis, qui impensarum neque finem inuenirent neque modum, vel furiosis vel denique petentibus, ex lege Laetoria. Est haec Laetoria lex eadem, cuius definitioni annos iustiae aetatis debemus; hac enim sanctum est, enim dum suae auctoritatis videri, qui xxv. annos adimpluerint, sine dubio quoniam creditum est, hunc quadrantem annorum C. vitae hominis longissimae alieni adhuc consilii indigere. D. vero Marcus, iuris religiosissimus Princeps, misertus lubricae aetatis et ingenii ad luxuriam proeliuis, deinceps omnes adolescentes curatores accipere<sup>35.</sup> iussit, ne facultates suas perdituri magis quam exercituri viderentur. Sic deinceps aetati, non causae curator datus, nec antea minoribus rationes administratae tutelae redditae, quam postquam ipsi curatores petiissent, forsitan, vt adumbrare-

33. c. 18.  
34. Capitol. in Marco. c. 10.

35. Id. c. 1.

tur veteris iuris mos, quo iniuris non dari tutorem se  
mel inualuerat P).

Principorum hereditates, ut quiuis pessimi fuerunt  
Principes, appetierunt. Vitellius, ut est apud Suetoniu-  
m<sup>r</sup>), equitem Romanum, cum raperetur ad suppli-  
cium, proclamante, Heres meus es, exhiberi tabulas  
iussit, cumque legisset, coheredem sibi libertum eius ad-  
scriptum, iugulari cum liberto imperauit. Bonorum  
contra Principum abstinentia, Plinii<sup>s</sup>) verbis vtor, sem-  
per cauit, ne Imperii fastigium ciuium spem obsequio  
partam perimeret, ne iniquis aduocarentur tabulis, ne  
testantium iracundia, impietas, furor ad eos confuge-  
ret, aut heredes ipsi scriberentur, non quia mernissent,  
sed quia offendissent alij. Ignotorum hereditates re-  
pudiavit Hadrianus, nec eorum quidem admisit, qui  
filios<sup>t</sup>, reliquissent, hasque etiam Antoninus Pius<sup>u</sup>.  
Ipreuit<sup>v</sup>). Ne ex imperfectis quidem testamentis testa-  
torum voluntatem agnoscit Perinax, et palam profite-  
tur, nullius se adulterum hereditatem, quae aut adulata-  
tione aut litis causa delata esset, nimirum, vt actores  
a bonis in hereditate litigiosis indicio persequendis ab-  
serrerentur Maiestate Imperatoris; Sanctius esse cen-  
sens, inopem obtinere<sup>w</sup>. Rempublicam, quam ad di-  
vitia-

B 2

vitia-

36. Spart. in Hadr. c. 18.

38. Capitol. in Pertin. c. 7.

37. Capitol. in Pio. c. 8.

R) Conf. omnino GVIL. DE HERTOGHE Tribonianus  
circa Legem Laetorianam non errans, f. exercitat. ad  
§. n. I. de curat. contra Iac Rueuard Vsr. Lib. I.  
c. 27. in Opusc. Hertoghianis a V. C. 10. WYNDER.  
LICH Hamburg 1768. iunctim editis.

r) In vit. Vitellii c. 14.

s) In Panegyr. c. 43.

t) Conf. GUNDLINE. de Princ. Hered. ex testament.  
ciu. Halae 1721.

vittiarum cumulum per rapinarum dedecora adscendere. Ultimis Augusti temporibus Senatus - Consulto Silanianus cautum erat, vt hereditas eius, qui a familia occisus esse diceretur, adiri non posset ante habitam quaestione de familia seu seruis, qui intra tectum fuissent, si heres, antequam quaestio habita esset, hereditatem adiisset, fisco ea cederet. Creditum nimis, nullam domum tutam futuram, nisi periculo capitis sui custodiam dominis praestare serui cogerentur, simulque occurendum silentio hereditas, familiae facinus propter compendium suum occultantis. Sed molliuit SCti rigorem Hadrianus, si dominus in domo interemitus esset, non de omnibus seruis quaestione haberi volens, sed de his, qui per vicinitatem poterant<sup>39.</sup> sentire, quod ita acceptum est, vt quaestioniibus subiicerentur, qui vocem domini audire<sup>40.</sup> potuerint. Legata poenae causa, seu coercendi heredis ergo, relicta<sup>v)</sup>, veluti si testator dixerit, Heres meus, si filiam suam filio meo exheredato in matrimonio dederit, fratri meo dato centum, Iureconsulti veteribus displicerunt, quod legatum in voluntate heredis ponere viderentur, contra naturam legatorum, quae legis necessitate deferruntur, adeo vt Sabinus existimaret, nec coheredem poenae nomine adiici posse, incerta testatoris voluntate, unum an duos sibi heredes vellet. Forsitan id vnu non obtinisset, quod diuersae Sectae auctoribus ius hoc strictum displicerent, nisi accessisset Antonini Pii Constitutio, qua fanciuit, ne poenae causa legatum relictum valeret, cuius constitutionis mentio

apud

39. Spart. in Hadr. c. 18.

40. L. i. §. 26. D. ad SCt. Srlanianum.

v) De quibus præter alios conf. E. F. DE MÜNCHHAVERN  
SEN Diff. de definit. legal. legator. poen. nom. Goetting. 1742.

apud Capitolinum,<sup>41.</sup> et quam Iustinianus deinde rur-  
sus abrogauit.<sup>42.</sup>

Thesaurum in fundo priuato repertum fundi domino addicebat ius vetus, vt ex Plauto<sup>43.</sup> colligitur. Sub Imperatoribus Fisco studentibus thesaurus etiam in priuato inuentus fisco tributus, vt indicare videtur Tacitus<sup>44.</sup> Eundem dein fundi domino addixit<sup>45.</sup> Hadrianus, si ipse repererit in suo, partim lege accelerationis, partim, quod in fundo, in primis aucto, verissimile videretur, maiores ipsius domini ingruente calamitate suis eum sepuluisse necessitatibus. Quod si quis eiusmodi depositionem in alieno vel Fiscali loco repererit fortuito, reveretur Imperator iudicium fortunae, simulque rationem habet proprietatis fundi, partemque inuentori, partem Fisco<sup>46.</sup> tribuit, vel domino fundi, eius vicea hunc foetum continuissent v).

Vetus mos est transferendi tigna, marmora, typos, etiam parietes integros, eorumque partes. Testatur Plinius,<sup>47.</sup> Lacedaemon propter excellentiam picturae excisum latericiis parietibus opus tectorium, Romamque deportatum, quod translatione magis quam operis pulchritudine, quamquam maxima, admirationi fuerit. Idein Romae fieri consuevit, idque adeo frequenter, vt e re visum sit Senatu, Auiola et Panfa Consulibus,<sup>48.</sup> vetare, ne ea, quae aedibus iuncta esent,

B 3

41. In Pio. c. 8.

45. Spart. in Hadr. c. 18.

42. In l. un. C. de his, quae poe-

46. Spart. c. 1. c. 1.

nae nom. § 36. I. de Legatis.

47. H. N. L. XXXV. c. 14.

43. Triumnum. I. 2. 141.

48. L. 52. D. de contr. emt.

44. Annal. XVI.

v) De thesauro eleganter commentatus est ENGELE DE  
MAN in Oelrich. Th. Diff. Belg. Vol. I. Tom. II.  
p. 303.

fent, negotiationis vel promeritii causa vendere, emere, legare, licere, siue, ne quis domum villamue dirueret, quo sibi ex refectis partibus, veluti marmoribus, lucrum quaereretur, poena in eum, qui emisset, constituta, vi duplum eius, quanti emisset, in Fiscum inferre cogeretur. Causa Senatusconsulti favor decoris publici, idem ille, quo moti Decemviri tignum alienum aedibus iunctum solui et vindicari vetterunt, ne, dum de tigno quaeritur, diruatur domus, urbs ruinis deformetur. Hoc Senatusconsultum Vespasianum temporibus latum esse, ex Alexandri constitutione<sup>49</sup>. colligi possit, quod si est, non fuit eo refracta auctorita diruentium, eo quod Hadrianus quoque consueisse legitur, ut in nulla ciuitate materiae transferendae causa aedificia diruerentur. Dicerem, Senatusconsultum ad Urbein Romanam tantum pertinuisse, ampliatum ab Hadriano et ad alias quoque ciuitates tractum, nisi palam Vlpianus<sup>50</sup>. profiteretur, hoc Senatusconsultum non tantum ad Urbein, sed etiam ad alias ciuitates pertinere, quanquam vel hoc ex Hadriani demum constitutione receptum fuisse, intelligi possit w).

Vt iniustam seruientibus seruitutem facilius esset ingenios probare natales, liberales causas ita inuiniuit Marcus, ut iuberet Romae apud Praefectos Aerarii Saturni, in Provinciis apud Tabularios publicos unumquemque natos liberos profiteri, intra xxx. diem nomine impedito, ut inde testationes fierent, si quis libertatem suam asserere<sup>51</sup>. vellet, quo exemplo, multis interieciis temporibus, Gordianus recens naturai filium apud Praefectum

<sup>49.</sup> L. 2. C. de aedif. priv.  
<sup>50.</sup> In L. 41. §. 6. D. de leg. I.

<sup>51.</sup> Capitol. in Marco. c. 9.

w) De tigno iuncto Diff. BERN. 10. v. HARSCAMP est in Oelrich, Th. nou. Vol. II. p. 427.

fectum Aeratii<sup>52</sup>. professus legitur. Idem Marcus de statu defunctorum post quinquennium quaeri<sup>53</sup>. vetuit, eoque elapo ne Fisco quidem, multo minus priuato de statu mortui agere<sup>54</sup>. permisit x).

Quadruplicatorum praeterea calumniis, delatorumque iniidiis, imo ipsis etiam delationibus modus varie statutus. Delatoribus apposita a Marco nota, puto infamiae; spretae ab eodem delationes, quibus Fiscus<sup>55</sup>, augeretur. Delatores vinciri grauiterque puniri iussit Pertinax, sic tamen, ut in infligenda poena dignitatis haberetur<sup>56</sup>, ratio. Eosdem, si delictum quod detulissent, non comprobassent, capitiis supplicio affe-<sup>57</sup>cit. Opilius Macrinus; si probassent, adhuc infames dimisit, praefito pecuniae praemio: eosdemque in- genti feueritate persecutus est<sup>58</sup>. Aurelianus.

Maiestatis crimen post leges Valerias, Gabinias, Cornelias, Iulias, quas lenitatis et feueritatis principum vices habuerit, his in primis testibus constat. Hadrianus Maiestatis crimen non<sup>59</sup>. admittit. Filiis Cassii tyraanni parcit Marcus, filiam non seruat tan- tum, sed Antiochenibus etiam commendat, Druncia- noque, genero eius, liberam vagandi concedit<sup>60</sup>. fa- cultatem. Posteri Cassii etiam ad honores admis- sunt, quamdiu superest fuit Marcus: eosdem vero

B 4

Com-

52. Id. in Gordianis. c. 4.

56. Id. in Pertin. c. 7.

53. Id. in Marco. c. 10.

57. Id. in Macrino. c. 12.

54. L. l. pr. D. Ne de statu

58. Vop. in Aveliano. c. 39.

defunctorum post quinquennium

59. Spart. in Hadr. c. 18.

quaeratur.

60. Vulcatius Gallic. in Cassio

55. Capitol. in Marco. c. 11.

c. 9.

x) MARCO ea in re iam praeiuerant TITVS, telle SVE-  
TON. in eius vita, cap. 8. et NERVA, vi patet ex L. 4.  
pr. D. ne de statu. defunct.

Commodus, filius Marci, Imperium natus, comburi omnes iussit, nouae insimulatos <sup>61</sup>. rebellionis. Hanc Maiestatis quaestione deinde penitus suslulit <sup>62</sup>. Pertinax, donec Aurelianus, ut aerarium locupletaret, Senatores multos, vel simulatae factionis reos factos rursum occideret, etiam cum leue iis quidpiam obiicetur, neque nisi vnum, vel vilis testis <sup>63</sup>, adesset y). Vilitatem contra testium aspernatus successor eius, Tacitus, in prima ad Senatum oratione cauens, ne serui in dominorum capita interrogarentur <sup>2)</sup>, ne in causa quidem <sup>64</sup>. Maiestatis, quem lenitate in huius criminis reos adhuc superauit <sup>65</sup>. Probus, successor eius.

Proscriptorum bona antea publicabantur ex lego Cornelia, etiam si liberos reliquissent. Hanc duritiem primus suslulit Hadrianus, sed ex parte solum, eaque admodum exigua, duodecimam enim bonorum tantum partem liberis corum <sup>66</sup>, permisit. Sub Pio vero publicatio bonorum rarior, quam vñquam: solum enim Attilium Tatianum, Maiestatis criminis reum, proscriptis, filiumque eius in omnibus <sup>67</sup>. adiuvuit a).

Cursum publicum et vehicularium primus instituerat Augustus, (quanguam de Traiano id affirmet Viator)

61. Id. c. I. c. 13.

62. Capitol. in Pertin. c. 6.

63. Vop. in Aurel. c. 21.

64. Id. in Tacito. c. 9.

65. Id. in Probo. c. 13.

66. Spart. in Hadr. c. 18.

67. Capitol. in Pio. c. 7.

y) De crimine maiestatis post GUNDLINGIVM aliasque doctissime scriptis IO. VAN BEVRER IN OELRICH. Th. nou. Vol. II. p. 75.

2) Conf. IO. GVIL. MARCKARTI Prob. Rec. Lct. I. C. Part. II. p. 46.

3) Vid. NIC. KLOECKHOE Histor. Iur. Rom. de bou. danno. Lugd. Bat. 1749.

ctor) noscendis ocyus, quae vbiuis e Republica gerentur. Eundem summa diligentia subleuauit <sup>68</sup>. Pius, a priuatis ad Fiscum traduxit <sup>69</sup>. Seuerus. Magistratus in Provincias euntibus, Republica libera, praebendorum aderant mancipes, qui praebenda iturus in Provincias, equos, mulos, tabernacula, instrumentum militare, vasaria et quicquid ad iter necessarium esset, de publico exhiberent <sup>b)</sup>. Occupata Republica ab Augusto certa pro his pecunia constituta, qua forsitan sumitibus non sufficiente, Hadrianus cursum Fiscalem <sup>70</sup>, instituit, ne magistratus hoc onere grauarentur. Vetus mos quadanterus reductus ab Alexandro, cum Provinciarum Praesidibus malos binos, equos totidem, cum alio apparatu <sup>71</sup>, preeberet, quod deinceps partim retentum, partim abrogatum, cum Aradius Honorius et Theodosius Magistratus, qui iam in Provincias venissent, cursu atque angariis prohiberent.

Hactenus ad ius aliquod nouum introductum, versusque abrogatum, Scriptores nostri pertinebant: iidem illustrationi quoque Iuris magnopere inferuiunt. Literas aureas chartae cedere, tralationem est <sup>c)</sup>. Eiusmodi literarum aurearum exemplum in libris Homericis, quos Maximino, cum Grammatico traderetur, quaedam propinquia eius, omnes purpureos, literis aureis

B 5

scriptos

<sup>68.</sup> Capitol. in Pio. c. 12.  
<sup>69.</sup> Spart. in Seu. c. 14.

<sup>70.</sup> Id. in Hadr. c. 7.  
<sup>71.</sup> Lamprid. in Alex. c. 42.

b) Conf. ALB. GENTILEM de legationibus L. I. c. 14.

c) Vid. §. 33. I. de diu. rer. quod tamen de mercenaria tantum scriptura, non de ea, qua estimationem omnem superat, et in quam cadit pretium adfectionis, intelligit ABR. WIELING ad Alex. Chaffanuei Paratit. Inst. p. 52.

scriptos <sup>72</sup>; donavit. Excusationes a tutelis, curationibus, et aliis publicis munieribus in Iure ex causis tribuntur. Gordiani vero familiae hoc Senatum decrevisse, tradit Capitolinus, <sup>73</sup>. vt semper a tutelis atque legationibus et publicis necessitatibus posteri eius vacarent, nisi ipsis aliud videretur. Pescennius Niger, vt iure Imperium adeptus videretur, cum aemulo suo, Septimo Seuero, ex interdicto, utique eo, Vti possidetis, egisse <sup>74</sup>, fertur <sup>d</sup>). Iure novo Iustinianus viris Illustribus usuras tantum permisit trientales; easdem solas, rationibus pauperum consulens, ipsis foeneratibus indulserat Alexander <sup>75</sup>. Seuerus. Mulieres a dignitatibus arcentur: nihilo minus Senatus ex Matronis lecti apud nostros exemplum praesto in <sup>76</sup>. Heliogabalo, quem Senatum matronalem restituere voluit <sup>77</sup>. Aurelianus <sup>e</sup>). Reprehendit militem Caracallus, quod Papinianum, in quem animaduerti iusserat, securi percutisset, Gladio, <sup>78</sup>. dicens, te exequi oportuit insum meum. Quoties enim in aliquem animad-

verti

72. *Capitol. in Maxim. c. 4.*76. *Lamprid. in Helio. c. 4.*73. *Idem in Gordianis. c. 32.*77. *Vopiscus in Aureliano. c. 49.*74. *Spart. in Pescenni. c. 2.*78. *Spart. in Carac. c. 4.*75. *Lamprid. in Alex. c. 54.*

<sup>d</sup>) Humani aliquid passus hic est MASCOVIVS. Non enim de PESCIENNIO NIGRO, sed de IVLIANO potius hoc narrat SPARTIANVS, vt ex loco, ab ipso MASCOVIO laudato, fatis manifestum est, quod etiam in not. ad h. l. vidit IS. CASAVBONVS.

<sup>e</sup>) Imitatus fere ARISTOPHANIS ἐκλαγεῖσθαι, quae Atheniensibus persuadere conabantur,

οἱ καὶ παρεδόνται ταῖς γυναιξὶ τὴν πόλιν.

Quanto rectius olím Aegyptii calceorum viu feminis interdicebant, vt sic melius meminissent, mulieribus domini tempus exigendum esse!

verti subebatur, ut Iurisconsulti docent, gladio id fieri oportebat, non securi, vel telo, vel fuste, vel laqueo, vel alio modo. Aelius Verus, Caesari, vxori querenti de pellicibus, quas is impensius amabat, respondisse <sup>79.</sup> fertur, *Vxor dignitatis nomen est, non voluptatis. Missionis militaris ignominiosae specimen in <sup>80.</sup> Alexandro, quo milites discedere atque arma deponere iuber, tanta severitas eius vi, ut confessum milites cum armis etiam sagula militaria depонerent, neque ad castra, sed ad diuersoria varii discederent f).* Est praeterea immensa in his Scriptoribus copia formularum ad ius pertinentium. Ex tanto numero delibo duas. Senatum Marcus dimittere solebat his verbis: *Nihil vos moramur, Patres <sup>81.</sup> conscripti. Aurelianum, qui deinceps imperauit, coram principe Valeriano arrogat Vlpianus Crinitus, vir Consularis. Describitur confessus procerum, qui Imperatori aderant cum officio Palatino, praemissisque Valeriani et Aureliani orationibus subiicitur allocutio Vlpiani Criniti, in qua mentio Actio legis, qua, ut olim apud populum, sic tum apud Principem arrogatio siebat. Iube igitur, <sup>82.</sup> inquit, ut lege ogatus, sique Aurelianus heres sacrorum, nominis et bonorum totiusque Iuris, Vlpio Crinito, Consulari viro.*

Nisi de solo Iure Cinili dicere constituisse, Feudorum quoque originem ex nostris repeterem. Dicuntur enim apud eos Alexander et Probus terras hominum,

79. *Spart. in Actio Vero. c. 5.*

81. *Capitol. in Marco. c. 10.*

80. *Lamprid. in Alex. c. 54.*

82. *Poplicus in Aureliano. c. 14.*

---

f) De poenis militaribus Rom. Diff. GER. SICHTERMANI est. in Oelrich. Th. Diff. Belg. Vol. II. T. I.  
p. 224.

rium, quas ceperant, Duciis et militibus suis <sup>31</sup>, do-  
nasse, ea lege, vt ipsorum manerent, si heredes co-  
rum militarent, quod imitatae videntur gentes German-  
icae, potiae Prouincii Romanis, fundosque sub lege  
militiae suis assignantes <sup>32</sup>.

Supereft, vt videamus, possitne dictio nostrorum,  
fi qua singularis est, prodeſſe lectori veteris iuris, quod  
quidem non improbabile eſt. Non enim nostri ea tan-  
tum aetate floruerunt, qua Diocletianus, Maximianus,  
Constantinus, et liberi eius, quorum frequentes in Co-  
dice constitutiones, rei Romanae praefuerunt, sed sua  
quoque ſaepe ad verbum ex Mario Maximo et Aelio  
Cordo hauerunt, qui iis fere temporibus Imperato-  
rum vitas ſcripferunt, quibus Papinianus, Vlpianus,  
Paulus, Modestinus de iure responderunt. *Zetario-*  
*rum* pro Diaetariorum mentio apud <sup>33</sup>. Paulum; Lam-  
pridius quoquid *zeta* pro diaeta <sup>34</sup>, appellat <sup>35</sup>). Testa-  
mento *dimitta* pro testamento relictis <sup>36</sup>. Caius ponit,  
ſimi-

33. *Lampridius in Alex.* c. 58. 35. *In Heliog.* c. 31.  
*Vop. in Probo.* c. 16.

34. *Rec. Sent.* L. III. tit. 6. 36. *Inf.* L. I. tit. 1. §. 4.  
§. 58.

---

g) *Eſt hic, inquit CASAVERONVS ad Lampridii vit. Alex.*  
*Seueri,* c. 58. *Species quaedam feudi, vel portus initia-*  
*quaedam eius iuris, quod poſtea varie introductum eſt,*  
*et feudorum appellatione designatum. Erat ſime loc-*  
*ſimilis feudorum conſtituendorum: ut qui praedium*  
*coledun acciperet, danti fidem et militiae munus aut*  
*aliud feruitum exhiberet.* *CASAVERONVM fecuti ſunt*  
*alii, quos laudat noſter in not. ad Pufendorf. L. IV. c. 8.*  
*§. 12. Tu vide G. C. GEBAVERI Orig. feed. qua voc.*  
*qua rem non exterrit, ſed german. Lip. 1732.*

h) *Vid. ANT. SCHVLTING.* ad *Pauli R. S. III. 6. 58.*  
*et cum CASAVERONO SALMASIVM ad Lamprid. l.c.*

similiter facultates gratia patris a multis divisa scribit<sup>87</sup>. Lampridius. Seruum per eminentiam hominem appellant<sup>88</sup>. Iurisconsulti, Lampridius quoque Alexandrum de omnibus hominibus per fideles homines suos quae fuisse<sup>89</sup> ait. Per tautologiam Vlpianus, Crescit,<sup>90</sup> inquit, perfidiae crimen, et publica vilitas coercendo vindicanda<sup>i)</sup>; simile exemplum apud Capitolinum, Donavit,<sup>91</sup> inquit, etiam calices singulis per singulas potionem, myrrinos et crystallinos Alexandinos, quoties bibitum est. Vasa, quibus in conuiciis ministrabatur, Ministeria appellat<sup>92</sup>. Paulus<sup>k)</sup>, Capitolinus<sup>93</sup>, quoque, Marcum viris claris permisisse, ait, ut eodem cultu, quo ipse, vel ministerii similibus, conuicia exhiberent: et similiter<sup>94</sup>. Lampridius quoque, ducentarum librarium argenti pondus Ministerium Alexandri nunquam transuisse, ait. Antoninum Pium, ex amicorum sententia, formas<sup>l)</sup>, (pro constitutionibus) composuisse, tradit<sup>95</sup> Capitolinus; similiter<sup>96</sup>. Vlpianus, Et repeto, inquit, ante formam, a Diuo

Marco

87. In Heliog. c. 31.

88. § 9. I de leg. Aqnil. et L.

47. §. 5. D. ad leg. Aqnil.

89. In Alex. c. 23.

90. In L. i. §. 4. De D positi.

91. In Vero. c. 5.

92. Rec. Sent. L. III. tit. 4.

88. §. 7.

93. In Marco. c. 17.

94. In Alex. c. 34.

95. In Pio. c. 6.

96. In L. 10. pr. D. de pactis.

i) Quae verba contra intempestivas nonnullorum crises vindicauimus Probabil. Lib. I. p. 46.

k) Locus est in R. S. Lib. III. Tit. VI. §. 86. ubi vid. quae in not. monuit SCHVLTINGIVS, iisque iunge GRONOV. Obsf. II. 24. et BVRMAN. ad Petron. c. 31.

l) Formam cum legem, qua ius introducitur, tum aliquando ipsum ius constitutum significare, docuit W. STENBERG. ad D. Marcum, Diff. 22. p. 238.

Marco datam, Diuum Pium, rescripsisse. Usuras de-  
nique trientes leuiores appellat<sup>97</sup>. Vlpianus; easdem  
minimas vocat<sup>98</sup>. Capitolinus, non, quod omnium sint  
minimae, apparet enim, quadrantes, et sextantes, et  
vacias esse leuiores, sed quod leues sint comparatae  
bessibus, vel centesimis.

Bono me hic animo esse iubet patientia Vestra.  
Audite, qua me de utilitate Historiae Augustae in Iure  
dicente audiuistis. Ostendi, vsum eius eximum esse,  
sive quis nouisse velit Imperatores, quorum opera no-  
bilis fuit in condendo Iure, sive Iurisconsultos veteres,  
sive formam Imperii, sive commutationem Magistra-  
tuum, sive progressus Iuris, sive eiusdem illustria exem-  
pla, sive dictionem dictioni Iuris Civilis similem.  
Proximum est, ut nacuos eiusdem consideremus, qui-  
bus vel excusat paranda, vel petenda venia sit. De-  
siderant quidam in hoc corpore fidem, ordinem, iu-  
dicium; quibusdam nimis praeterea parum differere  
videntur de Republica, idque scribendi genere pedestri,  
interdum frigido. Praetereo, acerbum hoc iudicium  
non ad omnes pertinere, est enim inter reliquos Fla-  
uius Vopiscus opido eruditus et prae ceteris accura-  
tus<sup>m)</sup>; fidem vero nemo unus sine partium studio ser-  
vavit in omnibus, ordinis inuersi forsitan librarii ma-  
gis, quam ipsi scriptores accusandi sunt, nec, quia in  
Liuio et Tacito miramur iudicium sumnum, ideo pro-  
tinus spernemus eximiam in nostris rerum cognitio-  
nem,

<sup>97.</sup> In L. 7. §. 8. et L. 34. D. de administrat. stat. L. 38. D. de negot. ges.

<sup>98.</sup> In Pio. c. 2. TILLEMONTIVS Hist. Imp. T. IV. pag. 66.

nem, et si minori concinnitate literis traditam. Difserant saepe de rebus Principum priuatis, non ideo penitus negligunt Rempublicam, cuius Princeps anima est, adeo, ut non possit de huius rebus gesris dicere, quin de republica simul agas. Scribendi genus disflutum hominum minus quam aetatis vitium est, qua, quicquid fuerat masculae in Historia eloquentiae, dum decoxerat et consenserat. Sunt tamen fragmenta quaedam, forsitan ex Mario Maximo, et reliquis melioris aetatis scriptoribus delibata, quae vel difficiliorem non reformat lectorum.

Praeter haec, quae vniuersim obici solent scriptoribus nostris, sunt et alia, quibus sigillatim repelli debere dicuntur studiosi Iuris, quoniam, si Diis placet, periculum est, ne hac lectione magis conturbentur, quam erudiantur. Tacitus Imperator Flavio Vopisco inter viuos intra centum manumississe <sup>99</sup>, dicitur, ne Caniniam transiret: atqui lex Caninia <sup>100</sup>) pertinet tantum ad manumissiones testamentarias, aliasque mortis causa. Antonini Pii tempore uno partu mulierem quinque pueros fudisse, Capitolinus <sup>100</sup>. sit; atqui <sup>1</sup>. Paulus et <sup>2</sup>. Julianus Hadriano eos exhibitos esse, dicunt <sup>3</sup>. Drunciano, Cassii genero, parcens inducitur

Mar-

99. In Tac. c. 10. f.

1. In L. 3. D. si pars hered.

100. In Pio. c. 9.

pet.

2. In L. 4. D. de reb. dnb.

100) De hac legi praetor Diff. EPHR. GERHARDI conf. MAIANSII Disp. Iur. Tom. I. p. 58.

100) Conf. LVC. TRIP. Disp. de parte ventris hereditaria, ad L. 3. D. si pars hered. pet. ap. Oelrich. Vol. I. T. II. p. 42. et BACH. hist. iur. p. 414.

Marcus apud<sup>3</sup>. Capitolinum, eiusdem contra bona post mortem Fisco vindicata esse, Paulus<sup>4</sup>. testatur. Sed quidni Marcus, quem viuum innoxium crediderat, eum mortuum sceleris comperisse potest reum? idcōne quinque sub Pio nasci non potuerunt, quia sub Hadriano nati sunt totidem? et si tanta Tacito iuris fuit religio, vt Caniniam etiam inter viuos seruare vellet, idcircone erroris insimulabimus Capitolinum. Nunc, quod diei huius solennitas postulat, iussu illustissimorum et amplissimorum Academiae Curatorum, Rectorem Te Academiae Magnificum appello, Vir celeberrime, Corneli van Houten. Seruet Te Deus, sinatque nos fruji vita et virtute Tua, Te vero carere iis casibus, qui hoc Tibi munus molestum redere possint.

3. In Marco. c. 26.

4. In L. 7. C. ad L. Iul. Mai.





Karderwijk, Diss., 1690- 1764

TA - OL

Bd. 1 + 10


ULB Halle  
004 772 245

3



KDIP





119

GOTFRIDI MASCOVII  
**O R A T I O**  
DE Hand 173.  
VSV ET PRAESTANTIA  
HISTORIAE AVGVSTAE  
IN  
IVRE CIVILI  
PRAEFATVS EST  
ET  
ANIMADVERSIONES NONNVLLAS  
ADIECIT  
I. L. E. PÜTTMANNVS.



LIPSIAE  
APVD SIEGER. LEBR. CRVSIVM  
1774.

B.I.G.